



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

Ad Angelum Custodem quotidie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

subiectus intellectus meus, & voluntas mea, videat te, amet te, immortaliter vivat in te, *in templo sancto gloria tua.* Amen.

AD ANGELUM CUSTODEM
quotidie.

Amantissime, dulcissime, solertissime mi Angele Custos, dux protector, magister, amice verus, fidelis, verè thesaurus immortalitatis meæ! Gratias ago Deo meo, pro te mihi dato, & pro donis omnibus, quibus ornavit te. Gratias ago tibi; quòd me sanctè, à primâ natiuitatis meæ horâ, protexeris. Perge, usque dum me sistas Deo, unde ad me custodiendum es missus. Doleo, quòd non semper fuerim ad omnem tuum nutum; quòd te contristaverim, quando feci aliquid, quod placebat angelo tenebrarum! Suggere cordi meo, quae Deus vult; & tardi cordis mei duritiam, ac surditatem vince. Sensus meos omnes, & cor meum gubernam. **MARIAM** Reginam nostram, & Sanctos omnes, ac Sanctas Dei, præcipuè Patronos, & Patronas meas, tibi pro auxilio adijunge: totum me sacratissimæ Trinitati, per **JESU**

& vo JESU Sanguinem, & MARIÆ ma-
 e, anus, ex toto dedica, in holocau-
 templi stum æternum : omnes omninò
 (etiam quas indifferentes dicimus)
 actiones meas, ad majorem Dei
 E M gloriam, offer ad thronum gratiæ
 ejus, & gloriæ. Nunc, & in horâ
 mortis, ita mihi, cum sociis tuis
 soler Angelis, & Sanctis, ope tuâ as-
 dux siste, ut omnia, & singula momen-
 vera ta vitæ, ac mortis meæ, sint mihi,
 alita tibi que, æterno solatio ; JESU, &
 o, pro MARIÆ, æterno honori, & amori,
 mni in felici beatorum Angelorum æ-
 s agc ternitate, in quâ, gratulor quòd
 nati manseris fidelis, cum fidelibus Se-
 Per raphinis, ac aliis ; non verò con-
 o ibi senseris rebellibus, neque cum illis
 mil præceps rueris in ignem æternum..
 fue Conserva me quoque ; ut sim fi-
 quòd delis usque ad mortem, ac im-
 i ali mortaliter amem Deum, unâ cum
 ene Seraphinis, tecum, & cum aliis :
 qua & sim socius fidelium, non
 i du rebellium, Angelorum..
 n fus Amen..
 erna.
 , &
 Dei,
 onas
 to-
 per
 S U